

Comunicación del Obispo de Madrid- Alcalá a la Sagrada Congregación de Religiosos, de la erección de la Sociedad Sacerdotal de la Santa Cruz; 19- XII-1943.

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

17/01/2012

AGP, Sezione Giuridica, 111/15610.

Matriti, die 19 decembris 1943

Excme ac Rvdme Domine:

Exceptis Excellentiae Vestrae litteris
diei 11 octobris hujus anni, sub n.^o
2777/43, ad erectionem canonicam
processi SOCIETATIS SACERDOTALIS
SANCTAE CRUCIS per formale
Decretum in scriptis datum, cuius
exemplar tam in tabulario Instituti
quam in Archivo Dioecesano
servabitur.

Nunc vero de peracta hujusmodi
erectione istam Sacram
Congregationem certiorem facio, ac
Decreti exemplar transmitto, ad
normam Decreti ejusdem Sacrae
Congregationis de Religiosis dati die
30 novembris 1922.

Facultatibus in praefatis Excellentiae
Vestrae Rvdmae litteris mihi
concessis, et, praevia sanatione
eorum omnium quae sananda
fuerint et a Sacra Congregatione
sanar solent, Moderator nuper
erectae Societatis Sacerdotalis
Sanctae Crucis coram me perpetuam
emisit fidelitatem, quam quidem
coram illo emittent Consiliarii et
Officiales Majores.

Moderatori autem praescripsi ut
Constitutiones Societatis exaret,
apprime conformes compendio quod
isti Sacrae Congregationi dedi die 22
junii elapsi.

Quae dum isti Sacrae Congregationi
reféro, me profiteor Excellentiae
Vestrae Rvdmae

addictissimum in Domino:

L + S + Leopoldus, Ep.us Matriten.-
Compluten.

Excmo ac Rvdmo

D.Fr.L.E. Pasetto

Secretario S. Congregationis

DE RELIGIOSIS.

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes

pdf | Documento generado
automáticamente desde <https://opusdei.org/es-es/article/comunicacion-del-obispo-de-madrid-alcala-a-la-sagrada-congregacion-de-religiosos-de-la-ereccion-de-la-sociedad-sacerdotal-de-la-santa-cruz-19-xii-1943/>
(26/07/2025)